

9046 [*depo*]situs Be... v. d.<sup>1</sup>, com[*i*]tiani<sup>2</sup>, di..

*Salonis rep. (III S. 9556 p. 2328, 126 descr. Kubitschek). — 1) Viri devoti. — 2) Cf. Mommsen Ges. Schr. VI 407.*

9047/8 hic requiescit in | pace Iovinus de | scola carruca[rum]<sup>1</sup>, qui vixit | annus plus minu[s] XXXV et mensis VI | et dies VIII.

*Romae, deinde Velitris (Cardinali iscr. velit. p. 198 n. 132, inde Orell. 4131. 4924; G. Schneider nuovo bull. crist. 1901 p. 270). — 1) Officialis sine dubio aliquis, ut indicat scholae vocabulum (non carrucarum opifex). Fortasse cogitandum de carrucis quibus magistratus vehebantur sequiore aetate (sic Thes. L. L. s. v.).*

9049 dis manibus | Narcisso publ.<sup>1</sup> | Cilniano | a reliquis p. R.<sup>2</sup>, | Salvia Appie | coniugi suo | benemerenti, | cum quo vixit | annis XXXII, fec. | et sibi et suis posterisq. | eorum.

*Romae (Mélanges de l'école franç. de Rome 23, 1903 p. 381 solus descr. saec. XVIII Labruzzo). — 1) (Servo) publico. — 2) Exactori reliquorum quae populo Romano (aerario) debebantur? cf. Hirschfeld Verv. ed. 2 p. 75 not. 3.*

9050 d. (*ascia*) m. | Attiae Epagatho<sup>1</sup> filiae | dulcissimae, quae vixit | ann. III m. VIII d. IIII, fec. | Epagathus servus public. | ad Iuturna<sup>2</sup>, et Attiae Felicitati coniugi benemerent. | et sibi et suis posterisq. | eorum.

*Romae extra portam Salariam rep., iam Baltimore (Harry Langford Wilson American Journal of philology 1910 p. 27). — 1) Gentilicium ei inditum a matre libera, cognomen (Ἐπαγάθω) desumptum a patris nomine. — 2) Videtur significari statio aquarum, cf. infra N. 9261.*

9051 Epigono Volusiano | operi<sup>1</sup> exactori | ab luco Feroniae<sup>2</sup>, | P. Numitorius | Hilarus | clienti locum | ollae donavit.

*Romae ad viam Salariam loco antiquo in columbario, quod videtur esse primae aetatis imperatoriae, rep. (Gatti Notizie degli scavi 1905 p. 15; Rizzo oesterr. Jahresh. 8, 1905 p. 205). De sepulcro Rizzo l. c. p. 203 seq. — 1) Scr. operis. — 2) Lucus Feroniae urbis Romae praeterea ignotus, Feronia colebatur in campo Martio (fast. frat. Arv. 13. Nov., cf. Momms. C. I. L. I ed. 2 p. 335). De oppido Luco Feroniae cf. supra N. 6589.*